

## Aduertencias para

Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit re-  
seruatio in articulo mortis, atque ideo om-  
nes Sacerdotes, quoslibet penitentes à qui-  
busuis peccatis & censuris absoluere pos-  
sint. Quod adeo verum esse dicit, vt etiam  
Hæreticus moriens, si Episcopus, & Inqui-  
sitores desint, absolui possint à quolibet Sa-  
cerdote, vt in Concilio Arausicano cap. 2.  
probat, & in cap. His qui tempore cum se-  
quen. 26. quæst. 6 & præterea in dicto decreto  
Concilij Trident. vt interminis, ex his ad-  
uertit D. Siman. de instit. Catholic. tit. 3.  
num. 3.

¶ Dico sexto, q̄ sicut Bulla Cœne Domi-  
ni non derogat facultati quam habent In-  
quisitores iure communi quo minus possint  
in foro interiori & exteriori absoluere à cri-  
mine Hæresis. cap. Vt officium de Hæreticis  
lib. 6. ita nec facultati quam Episcopus ha-  
bet iure communi absoluendi à crimine Hæ-  
resis modo supra dicto: ita tenet Nauarrus  
lib. 5. Consil. tit. de Sent. excommuni Con.  
5. Et in æditioni Manualis anni. 1584. cap.  
27. nu. 260. & 265. Hoc idem tenent Ioan-  
nes Gutierrez lib. 1. Canoniarum. qq. cap.  
13. nu. 29. & Doctor Henricus Tom. 1. lib. 3.  
de Pæ-